

dec. 321. num. 13. & 14. par. 9. dec. 168. nu. 36. cum seqq. part. 10. dec. 179. nu. 13. part. 11. dec. 224. ex n. 3. part. 13. dec. 391. nu. 1. part. 16. & dec. 136. nu. 9. part. 19. Permaxime, dum in eisdem investituris enunciata fuerunt hæc bona solita esse renovari, ut in illis annorum 1303. 1463. & 1590. Quinimo in renovatione facta dicto anno 1493. explicita fuit qualitas immemorabilis, quas enunciativas ad propositum valde conferre considerat Rota in præcedenti decisione, §. Quod autem.

Et quamvis in oppositum asserantur pacta in ipsis renovationibus inserta, quod in casum devolutionis liceat Ecclesie Dominæ directæ possessionem bonorum apprehendere, retinere, vel cui placet concedere; nihilominus urget responso, quod illa non leguntur in postrema renovatione, seu investitura anni 1621. sicut nec etiam in aliis 1303. 1386. 1493. 1510. 1573. & 1598. sed solum talis facultas competere Ecclesie, quoties devolutio perveniret per Canonem non solum, vel pacta non servata, aut alias, &c. quod uti comprehendens casus emptos, in quibus relata dictio alias, &c. cetera versatur, se extendere non valet ad diversum casum devolutionis ob lineam finitam, ut ultra adductus in decisione, que confirmatur, §. Minus ad versatur. Ciroch. discept. 62. sub num. 77. Pacioni. de locat. et condact. cap. 62. num. 91. cum seqq. Rota coram Seraphin. dec. 610. numer. 2. et inter divers. dec. 195. num. 2. vers. hanc limitationem, part. 2. Clarius cum hæc pacta nunquam sortita fuerint effectum, quia Abbates pro tempore semper renovantur; imò de anno 1620. Menia Abbatialis per sententiam Vicarii Generalis coacta fuit renovare proximiorum in aliis bonis, non curatis huiusmodi pactis, d. Summario num. 36.

Tamen in super opponatur, quod Abbatia bona huiusmodi ab anno 1371. ad annum 1493. & sic spatio 100. annorum ammenfavere, seu retinere, non propterea probabilis spes renovationis excluditur ob intermediam renovationem factam de anno 1396. per tunc temporis Abbatem, Nicolaum de Castracanis, ac Honuphris, & Catharinæ feminabus superstitibus de Familia Brunfortia proxime præcedente investita, ut ex actis datis in Summario Domini Cardinalis Medicei nu. 2. cum seqq. ex qua dici non potest Ecclesiam præcedente ammenfasse, cum isto casu processisset per viam novæ concessionis, non autem renovationis, Valasc. de iure emphyt. quest. 11. numer. 15. ad fin. Caldas de renovat. emphyt. quest. 3. numer. 1. Gam. dec. 222. num. 7. Rota in recentiorum dec. 154. nu. 2. part. 15. Quodque etiam non probetur qualitas coactivæ pro eodem Canone; præterquam quod enim Doctores non desunt firmantes, eandem præsumi in immemorabili involvente sub se meliorem, magisque proficuum titulum de mundo, nempe Cravett. conf. 111. numer. 21. & 25. Purpurat. conf. 736. numer. 11. cum seqq. lib. 2. Menoch. consil. 887. num. 54. Capon. discept. forens. 243. numer. 4. & 9. bened. Avedan. de consil. cap. 8. nu. 23. & 24. Castill. de tertius, lib. 6. cap. 29. numer. 8. cum seqq. Fulgin. de emphyt. tit. de renovat. quest. 1. numer. 30. in fin. Cardin. de Luca ead. tract. discept. 8. numer. 3. & articulo discussio firmavit Rota in recent. dec. 11. per tot. part. 2. dec. 101. num. 8. part. 10. & dec. 71. num. 10. part. 19. coactiva deducitur ex antiquis sententiis Vicarii Abbatialis proximioribus renovationem decernentibus, dicto Summario num. 33. cum tribus seqq. in postremis, quarum duabus citatus quoque fuit Promotor Fiscalis Abbatie de ammenfatione bonorum excipiens, quæ portò sententiæ tamquam lata non à Judice extraneo, sed à dicto Vicario Abbatie, qui nedum informatus præsumitur de propriis styliis, & consuetudinibus, sed etiam sollicitus censetur iustitias, & conservationis iurium illius, quam maximam animadversionem promerentur, Felin. in cap. ad aures, sub num. 15. de rescriptis, Rota coram Mantice. dec. 87. numer. 2. coram Gregor. dec. 482. numer. 6. & in recentior. dec. 509. numer. 14. part. 14. Non subsistente distinctione inter consuetudinem coactivam renovandi pro eodem Canone, & consuetudinem simplicem, seu præcisivam renovandi, ex quo, dum supponitur coactiva quoad eundem Canonem, id implicite præsupponitur obligationem jam existentem renovandi, aliàs posset Dominus directus eludere renovationem pro eodem Canone, nolendo renovare, ut de se patet; nec etiam obstanti Constitutione 51. sanctæ memoriæ Urbani VIII. cum eidem plenè responderet prima decisio, §. Minusque.

Probabilis itidem spes D. Cardinalis Medicei renovationem obtinendi ex altero titulo originariæ bonorum

appodiationis fundata, quam valde recognita fuit exurgentibus probationibus ad hunc effectum allatis, nam de anno 1127. Imelda, & Corradus filius, unâ cum aliis filiis, & respectivè fratribus concesserunt Mainardo tunc Abbati S. Laurentii in Campo, suisque successoribus omnia, & singula ipsorum bona existantia in vico Bulgorum, in fundo Zenestellæ, & in fundo Cartecoste, nominatis pro consensibus inter cetera littore Maris, ac Fluvii Metauri, & Nebulæ, istaque bona concedentes unico contextu retinuerunt in emphyteusum cum pacto renovandi, & de anno 1149. quædam Pamphilia cum presentia, & consensu Marrini Viri titulo donationis irrevocabilis inter vivos concessit, ac tradidit Ecclesie, & Monachis S. Laurentii ejus terras, silvas, aliæque bona existentia inter eisdem Metauri, Montanæ, Nebulæ, & Maris fines, quæ postea pro se, filiis, & nepotibus, suisque heredibus cum clausula, ad habendum, & sub annua pensione, seu Canone recepti in emphyteusum ab ipsa Ecclesia, & Monachis, prout ex instrumentis datis in præterito Summario num. 28. cum duobus seqq. & contraversa bona hæc eadem esse, desumitur ex convenientia consensuum Metauri, Montanæ, Nebulæ, & Maris, probata ex Cartis Geographicis Ducatus Urbini, per Joannem Antonium Maginum confectis, quas situationem concludere prænotat Rota coram Priolo dec. 28. num. 37. & in Salisburgen. juris Metropolitanis 26. Novembris 1691. §. Harum rerum coram Reverendiss. P. D. meo Priolo, & in nullius Provincie Tarraconen. Jurisdictionis 19. Junii 1693. §. Et quidem coram Reverendissimo Domino Decano, & in Romana exemptionis Calcোলario 24. Junii 1695. §. In hypothese coram me.

Superadditis signantur pluribus demonstrationibus, & adminiculis elicitis ex renovatione anni 1303. dicto Summario n. 1. ubi facta legitur discretiva bonorum, quod ea, quæ tunc renovationem obtinentes habebant intra primum latus à flumine Saxano, in quo existebat Castrum Leonis, ut constat ex renovatione anni 1463. nominantur absque aliqua adjectione qualitatibus Ecclesiasticæ, seu juris Ecclesiæ, quæ tamen non fuit ommissa in aliis, & diversis bonis Ecclesiæ; similiter sub unica verborum structura concessa fuerunt, non solum bona, quæ per Investitos habebantur, sed etiam ea, quæ deinceps per ipsos, seu eorum heredes habenda essent, tunc per Investitos expressè reservate fuerunt persone nominum, & subditorum, & mobilia tam sua, quam suorum heredum, tamquam de iis, quæ ab eadem Ecclesia non recognoscantur; cum talis reservatio præsupponere videatur concessionem ab ipsis reservariis factam, suscepta fuit per Abbates defensio erga Investitos, eorumque filios, & nepotes, vel illos, qui eorum gradus suppleverunt, ab omni persona hominum in iudicio, & extra, necnon pro Investitura bonorum tenuissima responsio, seu Canon duorum solidorum conventus fuit, ac cedente consuetudo illarum partium faciendi similes appodiationes, ut testatus fuit sanctæ memoriæ Urbani VIII. in infradictio Indulto, & constat ex pluribus positivis bonorum donationibus cum successivis investituris ab ea receptis, dicto Summario numer. 42. cum seqq. atque de causis deveniendi ad appodiationes numer. 45. & 46. Nec huiusmodi probabilem appodiationem destruit enunciative emissæ in dicta investitura, seu renovatione anni 1303. ac in relato Instrumento transactionis, quod bona spectant ab Abbatibus, nec minus ass. Privilegia Othonis Imperatoris, Summorumque Pontificum Paschalis II. Anastasii IV. & Urbani III. enunciative potè non excludunt qualitatem pertinentiæ ad Ecclesiam vigore appodiationis; & privilegia, quicquid sit de eorumdem legalitate, multipliciter controversa, non designant; aut expriment bona, de quibus agitur, sed potius confunduntur ex Instrumentis annorum 1117. & 1149. ac cum processerint per viam confirmationis domini Ecclesiæ, non excludunt, quin prius eadem bona fuerint appodiata, ad doctrinam Bald. in l. nominationes, in fin. C. de appellat. Rota coram Seraph. dec. 981. nu. 5. & coram Pemph. dec. 680. num. 17.

Opitulatur demum D. Cardinali Mediceo indultum sanctæ memoriæ Urbani Octavi super bonis emphyteuticis, ac feudaliibus Ecclesiarum Status Urbini, impresum penes Patrell. in exped. Caus. Civ. 7. ad effectum eliciendi probabilem spem renovationis; quin predicti indulti dispositio declinari valeat ex eo, quod hæc bona non probentur existere in Statu Urbini, nam hæc negativa probatio non concluditur, sed potius pro affirmati-

va

va quamplura considerabilia deducuntur, nempe concessio emissæ in superius mentionata Concordia inter Magnam Ducissam, & Cardinalem Barberinum, per sanctæ memoriæ Alexandrum VII. confirmata, depositiones tam decem Testium formiter examinatum de anno 1649. quam aliorum ad perpetuam, optimè referentium comprehensionem in Statu Urbini, quibus credendum esse considerant Bald. consil. 420. n. 1. vers. interdum etiam, lib. 1. Decian. cons. 49. n. 67. lib. 4. Surd. cons. 429. n. 1. lib. 3. Capyc. Latr. consil. 22. n. 17. lib. 1. Rota coram Cavaler. dec. 161. n. 6. & de hac situatione, seu comprehensione testantur etiam Geographi, & Historici, nimirum Antonius Magini in sua Ital. & signanter in Tabula Status Urbini, Vincentius Maria Cimarellus in Historia ejusdem Status cap. 6. concurrunt quamplures enunciative, nam in Instrumento renovationis anni 1619. Abbatia S. Laurentii dicitur Provincie Urbinate, & ita etiam denominatur in referendo Breve sanctæ memoriæ Clementis X. ac in Instrumento confirmationis investituræ anni 1466. Castrum Leonis dicitur Senogallien. Diocesis, quæ circa controversiam esse in Statu Urbini, ac de hac Diocesi nuncupatur in quædam publicis Instrumentis relatis in Summario D. Cardinalis Medicei num. 8. quas enunciative deservire etiam in probationem situationis, vel territorii, notant Abb. consil. 62. sub num. 11. in fin. lib. 2. Valenzuel. consil. 106. n. 44. & 45. lib. 1. Albert. Brun. consil. feud. 34. n. 3. Spad. consil. 11. num. 2. lib. 1. Kinichen. de Jur. Territor. c. 2. n. 12. & 13. de Luca de servit. d. c. 85. num. 19. & seqq. Panimoll. dec. 25. adnot. 2. num. 14.

Minisque Pontificii Indulti, seu Brevis, efficacia valet evitari, tam ex eo, quod in illo exceptata leguntur bona litigiosa, quæ esse controversa præterduntur, nam ex lectura ejusdem Brevis manifestè deprehenditur, quod dicta qualitas litigiosa considerata fuit quoad bona devoluta tempore datæ dictæ Brevis, ut præterferunt expressè verba, Ibi: hæc sunt devoluta, super quibus tamen hæc adhibita nota non fuit, &c. ea propter nullo modo considerabiles est in hodierno statu, ubi agitur de nova devolutione mox superventa, postquam dicta antiqua lex per Pontificem considerata, terminata fuerat per relatum Concordiam inter Magnam Ducissam, & ipsam Cardinalem Barberinum, quæ

totaliter item perimit. ad c. 1. de lit. non comest. in 6. coram aliis, in Bonon. Transactionis 12. Maji 1681. in primor. Reverendiss. Florez, habeturque ac si nunquam existisset, cum de effectu transactionis sit, quod totum relictum censetur retineri primævo, & præexistente titulo ante ipsam motam licent. ut ceteris adductis copiose firmatum fuit in Bonon. Macelli 19. Novembris 1696. §. 2. & fortius coram me. Nec ex quo D. Cardinalis Mediceus sit forensis, & non habitet in statu Ecclesiastico; siquidem ut fuit responsum in decisione confirmata, §. Ex his itaque circa medium, quatenus pertinet ad forensitatem, D. Cardinalis Mediceus allegat dispensationem obtentam per Breve sanctæ memoriæ Clementis X. ad recipiendum horum bonorum renovationem, quod licet directum fuerit Abbati Commendatario cum verbis, possit, & valeat renovationem facere; nihilominus hujusmodi verba respiciunt actum renovationis, quam D. Cardinalis Mediceus non petit vigore dicti Brevis, sed ex antefatis tribus titulis validissimis, & æquè principalibus, non autem habilitationis ad renovationem assequendam, quia in hac parte Papaliquoribus fuit per verbum, derogamus, quod est verbum presentis temporis, ac de presenti operativum habilitationis, ac remotionis obstatu, ut ad propositum observat Rota in Romana Pecuniaria 22. Martii 1688. §. Nec valuit replicatio, coram memoriæ Emetis, subnexis aliis ponderationibus in decisione præcedenti factis, dict. §. Ex his in fine. Quo verò ad effectum habitationis transferunt DD. ad effectum, de quo agitur, spei probabilis, cum responsionibus datis in præterita decisione dictis §. Ex his itaque, nimirum, quod & Dominus Cardinalis Mediceus habeatur pro presenti, dum tamquam Sacre Romanæ Ecclesiæ Cardinalis non poterat abesse sine licentia Romæ, & habitationem, nedum in locis controversis, sed in ipsa Urbe retineat, quod ad effectum requisitum circa habitationem, quæ pendet ab animo resequendi, consideravit Rota in dec. 90. num. 5. & 6. & dec. 431. num. 1. cum seqq. part. 18. cum aliis in decisione, §. Ex his itaque.

Et ita prælatis his pro hoc Summarissimo iudicio mentionis ad solum finem desumendi probabilem spem renovationis post secundam Causæ propositionem Dominis omnibus positivis, ac itidem partibus acerrime informatibus conclusum fuit.



DECISIO TRIBUNALIS M. R. C. REGNI SICILIAE

IN CAUSA SUCCESSIONIS PRINCIPATUS BUTERAE, cum Dignitate Magnatis Hispaniarum, Petrapretiae, & aliorum Statuum, ac Feudorum vacantium ob mortem D. Donnae Margaritae ab Austria, & Branciforte.

IN FORMA JUSTIFICATIONIS SUFFRAGIORUM, QUAE AB Illustr. & Spectab. Iudicibus in causa lata fuere, ut ad Regale Italicarum rerum Supremum Consilium via reco- gnoscendi transmitti deberent.

S. C. R. M.



Ubiq[ue] lite, & quaestione inter Don Joseph Branciforte Santapau, & Barresi, Mazareni Comitum ex una, & Don Joseph Branciforte Santapau & Barresi, Comitum Racudiae ex altera, super successione Principatus Buterae, & Petrapretiae, Marellionatus Licodia, Barrafrancae, & Militelli, aliorumque Statuum, & feudorum vacantium ob mortem Donnae Margaritae ab Austria, & Branciforte ultimae praedictorum Statuum possessoris, qua nullis relictis descendentibus diem clausit extremum; fuit per Iudices Illius Magnae Regiae Curiae decretum, & executionum sequentium super dictis Statu ad nomen veri successoris, iuxta tenorem, & contentum Sacrarum litterarum Tuae C. M. datarum 17. Novembris 1651. ne videlicet Partes de continuatione possessionis, contententes super ipsius actuali apprehensione ad rixas, & arma pervenirent; fuit deinde per Archiepiscopum Panormitanum tunc Proregis, & Tuae Majestatis Vicarii Locumtenentem commissa causa, (ut juris & moris est) Iudicibus Magnae Curiae, ex quibus cum nonnulli ob interpositas ab utraque parte reclamationes sese abstinere velles, & non se impedire responderint; duobus ex nobis tantum remansit (videlicet de Ramundetta, & de Vivacito) alius tribus (nempe de Marotta tunc Praeside Conciliorum S. R. C. nunc vero Magnae Curiae, de Domenico Auditore Generali, & de Caracciolo olim Iudice Magnae Curiae) primò delectis, & subrogatis, demum alii duo de utriusque partis consensu, & Tui Ajala Comitum Vicarii praecipito, & assignatione (scilicet de Crespos, & de Monge fidei centores in hac Illius Tui fidelissimi Regni Sanctae Inquisitione) adjuncti sumus.

Cum autem Tuae Reg. Majestati per Sacras Tuas litteras ad utriusque partis supplicationem obtentas praecipere, & ordinare placerent, quod in praesenti causa Iudicium Votae, & relationes cum suis justificationibus, & processu, ad Tui Italicarum rerum Supremi Consilii Senatores via recognoscendi de more transmitterentur, Nos quibus hoc munus obire contingeret, Regiis Tuis placitis (ut par est) obtemperantes, Vota nostra praedicto Ajala Comiti Proregi, & cum iustibus, rationibus, & cum iustibus, sacrae Majestati nunciantium, prout infra, moti sumus, Sacrae Majestati & Tuorum praedictorum Senatorum prudentissimo, & probatissimo iudicio, recognoscenda, & corrigenda transmittimus, & submittimus.

Prisus tamen, quam nostrum proferamus iudicium, majoris claritatis, aliorumque cognitionis gratia, nonnulla in factis causae praedictae necessarium esse nobis, aliis longiori ealano ad discursum justificationum, & suis in locis exprimendis brevitatibus, & clarioris methodi causa studiose referavimus.

Don Fabricius Branciforte, & Santapau, Princeps Buterae, & Petrapretiae, ex Donna Catharina Barresi Marchionissa Militelli, tres suscepti filios, Don Franciscum primogenitum, Don Joannem secundogenitum, & Donnam Catharinam tertio genitam.

Don Franciscus primogenitus uxorem duxit Donniam

Joannam ab Austria, & illius matrimonii contemplatione Don Fabricius parem reliquit, & renunciavit eidem dictis Statu, Baronias, & Feuda, quorum tunc erat possessor, ad habendum post ipsius mortem, excepto Titulo Principatus Petrapretiae, qui ut ex nunc fuit renunciatus, & demum cum jam ob mortem Donnae Catharinae matris in Statu, & Marchionatu Militelli successisset vivo patri, ac propterea caduca praedicta refutatio unica suscepta, & relicta filia Donna Margarita ab Austria, & Branciforte, viva functus est.

Don Joannes secundogenitus ex Donna Joanna Branciforte legitima uxore duos filios masculos, nempe Don Gabrielem primogenitum stirpem, mutum, & a natura imperfectum, & Don Joseph nunc Mazareni Comitem, ac alias filias feminas procreavit, quibus extantibus vivo adhuc Don Fabricio patre, cum jam ob praemoriam Don Francisci fratris primogenitum occupasset, & refutationem praedictorum Statuum obtinisset, vitam cum morte commutavit.

Donna Catharina denique tertio genita matrimonium duxit cum Don Nicolao Placito Branciforti nunc Racudiae Comite, tunc vero Principe de Leonforte, ex quo natus est eodem gradu, & sexu existens, major aetate Comes, qui majori aetate praecedit dictum Mazareni Comitem, non vero Don Gabrielem ejus fratrem imperfectum senioem.

Ob mortem praedicti Don Francisci Primogeniti Marchionis Militelli, Donna Joanna uxor in anno 1623. pro ipsius stirpem restitutione, quibus Don Fabricius socer erat adhaerens, duas exerevit executiones in unciis 60 V82. per cedulam primi decreti super dictis Statibus, Baronias, & Feudis, adimpletas; pro qua summa dictum fuit, Reclamari praestito, &c. & demum ad adjudicationem, & liberationem dictorum feudorum fuit processum, qua dicta Donnae Joannae addita fuere.

Erat tunc infans dictus Don Joseph Mazareni Comes, & sub tutela Donnae Joannae matris, & dicti Don Nicolai Avunculii constitutus, sed cum praedicta adjudicatio ad notitiam dictae Donnae Joannae matris pervenisset, non dum tamen capta praedictorum feudorum possessione, ejus adhaerentem, impedire curavit, praetendens filium suum Don Joseph omnium praedictorum Statuum, & Feudorum legitimum esse successorem, tam virtute refutationis patri viventis factae, quam ex eo quod ob Avi Don Fabricii mortem nullus alius succedere poterat in dictis feudis, cum esset ei nepos masculus ex filio primogenito refutato, ac per consequens indubitabilis successores, attentis Regni Capitulis, ut inferius suo loco demonstrabimus.

Hinc praetentioni se opposuit Donna Margarita filia Don Francisci primogeniti, vivente patre defuncti, jam Marchionissa Militelli, contentens ad ipsam spectare praedictorum Statuum successionem virtute refutationis Patri factae, cui ipsa succederat.

Devenimus tandem est ad concordiam inter praedictas partes, & per Albarum inter eadem confectam, quod redigi voluerunt in publicum Instrumentum, pactatum, & conventum fuit, quod sigillarentur litterae de trahenda possessione pro praedictis creditis ad favorem Donnae Joannae

Joannae ab Austria, & ab eadem captam possessionem, deberet exinde restituere dicta Donna Margarita filia, solutis ab ea prius dictis creditis per subjugationem praedictorum Statuum, & feudorum in tot annis redditibus, quot dicta summa correspondent, cum pacto redimendi, & juxta formam Bullae, & his peractis dicta Donna Margarita deberet tradere dicto Don Joseph, & ejus nomine dicta Donnae Joannae ipsius Marri, & Tutrici, possessoriem Comitatus Mazareni, & Grassulatae, Baronieque de Nixemi cum omnibus suis feudis, membris, & pertinentiis, prout per dictum Don Fabricium possidebantur, & hoc pro omnibus praetentionibus, quas dictus Don Joseph habebat, & habere poterat, sequuta morte dicti Principis Don Fabricii communis Avi, remanentibus pro dicta Donna Margarita omnibus aliis Statibus, Feudis, & Baronias, cum suis titulis, & dignitate Magnatis Hispaniarum; super quo mortuo jam Don Fabricio, fuit postea stipulatum publicum Instrumentum inter praedictas partes, cum autoritate, & interventione dicti Don Nicolai Comitis Racudiae, tutorio nomine dicti Don Joseph infantis, pro quo de rato promissit, cum amplissimis, & pregnantissimis clausulis, pactis, & renunciacionibus, quod quidem dictus Don Joseph jam major factus expressè ratificavit.

Anno 1624. migravit de vita Don Fabricius condito testamento, in quo instituit heredem universalem in omnibus ipsius bonis feudilibus, & Burgenfaticis, dictum Don Joseph nepotem ex filio secundogenito nunc Mazareni Comitem.

Mortui denique Donnae Margaritae ab Austria, nullis relictis descendentibus, & in testamento ab ipsa in Urbe Romana confecto instituit heredem particularem in dictis Statibus, & feudis ab eadem in vita possessis in hoc Sicilia Regno ultra Farum, eum tantummodo, qui de jure succedere deberet. Ut appareat ex dicto testamento in actis causae ab utraque parte exhibitio.

Hinc excitata est controversia inter dictos Comites Mazareni, & Racudiae, intendentes unumquemque eorum, in ipsum esse testatam dictorum Statuum; & feudorum possessionem, legis, & Capitolorum Regni ministerio, tanquam verum successorem ab intestato dicta Donnae Margaritae, ex juris, & eidem Regni Capitulis dispositione, ac propterea manutentionem in dicta possessione, virtute Statuti illam in verum heredem continuantis; Mazareni Comitem, uti filius Don Joannis secundogeniti, licet minor aetate: Racudiae vero, tanquam masculus in eodem gradu, & sexu existens, major aetate.

Causa igitur introducta in summarissimo mantentionis iudicio, scripturis ab utraque parte ad effectum, & contrarium effectum missis, & copiosissimis in scriptis allegationibus nobis traditis, cum jam essent aperta puncta, post longam discussionem, venerunt ad eadem causam Principes della Trabia, & de Resuttana, praetendentes manutentionem in possessione dicti Statuum, & Marchionatus Militelli, virtute ejusdem Testamenti Antonelli Barresi dicti Statuum, & Terrae praetensi primi Acquisitoris, per quod asserchant esse regulandam successionem, ab eaque excludendos dictos Comites Mazareni, & Racudiae in eodem summarissimo mantentionis iudicio, utpote descendentes a dicta Donna Catharina Barresi, intrusa, & injusta possessorice: sicut latius inferius dignoscet suo loco poterit.

Denique auditis omnium partium Advocatis, allegationibus recognitis, datis motibus, & (saepe sapientis Jurium) & Authorum decisionibus, doctrinisque repetitis, duabus, & tribus aliquando sessionibus omni hebdomada per discursum octo mensium habitis, omnibus visis scriptis per partes exhibitis, post longam conferentiam, maturamque deliberationem, ut tam magna causae qualitas expostulabat: concordi omnium nostrorum Iudicio, Mazareni Comitem (quem haec Civitas suo ore verum, & indubitatum successorem praedictorum Statuum acclamabat) in eorum possessione manutentionem esse censimus, denegata manutentione dicto Comiti Racudiae, & dictis Principibus de la Trabia, & de Resuttana.

Cum autem unus ex nobis (de Ramundetta videlicet) ad instantiam Trabiae Principis, & ad decisionem causae Marchionatus Militelli ipsi tangentis, pro recutato esset habitus, necesse fuit (et transitus Iudicii ordo expostulabat) quod causa praedicta successione Militelli, praecederet in decisione causam reliquorum Statuum, & feudorum; ac propterea, dicto de Ramundetta nullatenus interveniente, causa praedicta inter dictos Principes Trabiae, & Resuttanae per alios sex à nobis fuit decisa; deinde & eodem die, aliquo tamen interjecto temporis spatio, cum jam concordi suffragio, denegandam dictis Principibus, & eorum cuilibet manutentionem, esset per Nos decretum: ad causae omnium Statuum determinationem processimus, inter dictos Comites Mazareni, & Racudiae, qua omnibus Nobis septem numero concurrentibus, prout infra fuit expedita.

Die secundo Octobris hora decima quinta ejusdem diei 1660. Facto verbo Excellentiae Suae. Non manuteneatur: Salvis juribus istis Illustris Principi Trabiae in possessorio plenario, & petitorio, ac etiam salvis juribus Illustribus Comitibus Racudiae, & Mazareni, & unicuique eorum, in decisione senda causae possessorii summarissimi, inter dictos Illustris Comites orientis, super Statibus Buterae, Petrapretiae, Militelli, & aliorum bonorum, & jurium contentorum in effectibus ambarum partium; expensis hinc inde compensatis.

Die secundo Octobris hora decima quinta ejusdem diei. Facto verbo Excellentiae Suae.

Non manuteneatur: Salvis juribus istis Illustris Principi Resuttanae in possessorio plenario, & petitorio, ac etiam salvis juribus Illustribus Comitibus Racudiae, & Mazareni, & unicuique eorum, in decisione senda causae possessorii summarissimi, inter dictos Illustris Comites orientis, super Statibus Buterae, Petrapretiae, Militelli, & aliorum bonorum, & jurium contentorum in effectibus ambarum partium; expensis hinc inde compensatis.

Die secundo Octobris hora decima quinta ejusdem diei. Facto verbo Excellentiae Suae.

Non manuteneatur: Salvis juribus istis Illustris Principi Resuttanae in possessorio plenario, & petitorio, ac etiam salvis juribus Illustribus Comitibus Racudiae, & Mazareni, & unicuique eorum, in decisione senda causae possessorii summarissimi, inter dictos Illustris Comites orientis, super Statibus Buterae, Petrapretiae, Militelli, & aliorum bonorum, & jurium contentorum in effectibus ambarum partium; expensis hinc inde compensatis.

Die secundo Octobris hora decima quinta ejusdem diei. Facto verbo Excellentiae Suae.

Manuteneatur iste Illustris Don Joseph Branciforte, Comes Mazareni: Salvis juribus Illustris Comitis Racudiae in possessorio plenario, & petitorio; expensis hinc inde, &c.

Die secundo Octobris hora decima octava ejusdem diei. Facto verbo Excellentiae Suae.

Manuteneatur iste Illustris Don Joseph Branciforte, Comes Racudiae: Salvis juribus Illustris Comitis Racudiae in possessorio plenario, & petitorio; expensis hinc inde compensatis.

Hoc est S. R. M. nostrum uniforme Iudicium: ad cujus justificationem ut clarè, & distinctè procedamus, praemisso descendendae arbore, ad dignoscendos oppositorum gradus, qui in principio depictus reperitur, istarum justificationum seriem in quinque partes, seu articulos principales dividemus. In quos breviter consulentes, omnia, quae tum in voce, tum in scriptis, ab utriusque partis Advocatis, proposita sunt, breviori methodo comprehendemus: contrarias singulatis diluendo oppositiones.

Primus articulus justificabit, omnia feuda, vacantia ob mortem Donnae Margaritae ab Austria, esse ex pacto, & providentia Principis, & sic in forma pactationis, quam Siculi strictam vocant, habereque annexam clausulam juris francorum, hoc est, qualitatem primogeniturae.

In secundo articulo probabimus, Comitem Mazareni, utpote verum refutantem feudorum, & Statuum praedictorum (Militelli Marchionatu excepto) Donnae Margaritae refutatariae, absque filiis defunctae, jure reversionis, vel successione incontestabilis succedere, non obstante renunciatione in contractu transactionis, ad favorem ejusdem Donnae Margaritae facta, quam personale ostendimus; ac propterea debuisset praedicto Comiti concedi manutentionem, excluso Racudiae Comite.

Tertius articulus similiter justificabit, secluso reversionis jure, supposita tamen praedictae renunciationis personalitate, etiam quod sit nova successio, regulanda ab intestato ex dispositione ultimae possessoris, insituentis illum, qui de jure succedere debet, Mazareni Comiti successorem competere, ob praerogativam potioris lineae in paritate gradus, & sexus.

Quartus Articulus comprobabit, Mazareni Comiti debuisse concedi praedictorum Statuum manutentionem, ob qualitatem melioris originis, qua in pari gradu reperitur masculus ex masculo: At vero Racudiae Comes, masculus ex femina.

In quinto denique articulo justificabimus, Principes della Trabia, & Resuttana, qui in hanc causam venerunt, praetendentes, quemlibet eorum manutentionem in possessione dicti Statuum, & Marchionatus Militelli, non fore bonum jus in praesenti iudicio; ac propterea, merito fuisse eidem praedictam manutentionem denegatam, salvis juribus in iudicio plenario, & petitorio.

S U M M A R I U M.

- 1 Opponitur feuda non esse juris francorum.
- 2 Contrarium probatur ad num. 5.
- 6 Quando confirmatio habeat vim novae concessionis, & immutat naturam feudi.
- 7 Primus acquirens potest disponere, & novam formam feudo imprimere, erodando primogenituram.
- 8 De clausula ad faciendum, ut equipollat, & quibus deditur.
- 9 In feudo mixto potest alterari ejus natura, & erigi primogenitura.
- 10 De validitate testamenti primi acquirentis, & n. 11.
- 12 Observantia dicitur scriptura.
- 13 Exceptio extrinseca, & altioris indaginis adversus testamentum, non impedit immisionem in vim leg. sui, & n. 14.
- 16 Agitur de natura aliorum feudorum ad num. 27.
- 18 Clausula juris francorum importat primogenituram.
- 29 Feuda dignitatis sunt indivisa, & deseruntur jure primogeniturae.
- 30 De cap. Regni, si aliquem, deferente successione jure francorum.
- 31 De eadem forma juris francorum.
- 32 Observantia in proposito est defendendum.
- 33 In possessorio attenditur ultimus status.
- 34 De capitulo 204. Caroli V.
- 35 Ex vi comprehensiva casus habens eandem rationem continetur sub nova lege.
- 36 Statutum excludens sortem propter fratrem, intelligitur etiam de patre tantum.
- 37 Cap. si aliquem, licet loquatur de transversalibus, habet etiam locum in descendens.
- 38 De exclusione, & habitatione femininarum remissioe.
- 39 An attendatur in successione tempus refutationis, vel mortis refutantis.
- 41 Quod attendatur tempus refutationis, & de rationibus ad num. 44.
- 55 Contrarium probatur verius, ut attendatur tempus mortis, & de rationibus ad num. 50.
- 51 A fidei commissis ad feuda validum est argumentum.
- 52 In feudo patris, & providentiae agnati habent sortem probabilem, & veniunt jure suo.
- 54 Concluditur attendi debere tempus mortis, & de rationibus, ad num. 62.
- 63 Respondetur Doctoribus tenentibus contrarium.
- 66 Refutatio dari potest, etiam si refutans non possideret feuda, sed refutatus, ad num. 70.
- 71 Refutatio momenti sine liberis succedit refutans, qui alius in successione praefertur.
- 73 An jure successione, vel reversionis, & quid jure successione.
- 75 Quando refutans succedit refutatorio, tenetur ad opera medio tempore contracta.
- 76 Item quod jure successione.
- 77 Contrarium quod jure reversionis.
- 78 Datur distinctio, & quomodo quaestio decidatur, & responditur ad contraria num. seqq.
- 90 Quod renunciatio, seu refutatio sit realis, probatur ex multis realitatibus, denotantibus, ad num. 101.
- 102 Contrarium quod sit personalis num. seqq.
- 111 In feudo, & alius non transversalis ad extraneos, stipulatio intelligitur pro filiis, & descendens propriis, & capitulis, non pro aliis non contemplatis.
- 118 Transactio restringitur ad expressa, quae erant in lite, & n. 109.
- 120 Renunciatio restringitur ad suam causam.
- 135 Quando in feudo refutatio non sit personalis, sed realis, & omnimoda.
- 137 In dubio praesumitur personalis, & respondetur ad contraria.
- 141 Defecta persona, renunciatio personalis evanescit.
- 147 Facta institutio in feudo illius, qui de jure censetur inhabitus successor ab intestato, & n. 109.
- 153 Si habens facultatem eligendi, vel nominandi non utitur facultate, censetur vocare successorem ab intestato, & n. 109.
- 159 De limitativa regula, ut renunciatis ad jura sua non detur regressus.
- 160 De questione super prerogativa lineae in successione feudorum decidenda cum legibus Regni.

- 161 Non semper valet argumentum de majoratu ad Regnum, & quando sic, n. 162.
- 163 Qualiter successio regulanda est juxta leges particulares regionum.
- 165 Ad intelligentiam cap. si aliquem, & de questione successione inter duos patres, & n. 166.
- 167 De cap. 118. & c. 204.
- 170 Clausula juris francorum importat successione jure primogeniturae.
- 171 In primogenitura primum locum occupat linea, & de transmissioe prerogative lineae, & n. 172.
- 175 Quod non detur transmissio.
- 176 Sed representatio in infinitum.
- 177 Quod neque ratione representationis, & de effectibus exinde resultantibus num. seqq.
- 182 Etiam inter transversales attenditur idem ordinem, sicut descendit a primo acquirente, vel institutore.
- 183 De differentia, an vocetur primogenitus, vel major natus, & n. 184.
- 186 De legibus Hispaniarum in materia primogeniturae, an sint correctioe juris communis, vel concordent.
- 187 Quid in terminis specialibus feudorum, an intret eadem prerogativa lineae, & de distinctione inter feuda dividua, & individua, & n. 188.
- 192 De interpret. cap. si aliquem.
- 193 De questione inter nepotem ex primogenito, & patrum, ut recepta sit pro nepote.
- 194 In Regno Siciliae jus commune in materia feudali erat illud Longobardorum.
- 195 Quomodo, & quando intraductum est jus francorum, & feuda effecta sunt individua.
- 198 Sequitur interpretatio e. si aliquem, & n. 199.
- 205 Attento jure Longobardorum omnia feuda erant patris, & providentiae, & non erant cognita haereditaria.
- 211 Successio feudorum per Constitutionem, ut de successione, satis restricta in Sicilia, ampliata ad septimum gradum.
- 214 Statutum debet interpretari, ut minus corrigat jus commune.
- 229 Legum correctio non est presumenda.
- 230 Sequitur interpretatio cap. si aliquem, respondendo ad obiecta.
- 232 De prerogativa lineae attendenda.
- 233 Quis dicatur proximior in majoribus, & primogenituris, & n. 234.
- 235 De eadem prerogativa lineae, & n. 236.
- 244 Non requiritur, ut primogenitus possideret, vel jus haberet, ut transmissit prerogativa lineae ad posteritatem, & n. 245.
- 250 De intellectu cap. Constitutionem 30. Regis Federici, & n. 251.
- 255 De capitulo 118.
- 257 De capitulo 204.
- 258 Et de capitulo 18.
- 259 De eadem prerogativa lineae.
- 264 De c. 18. & 118. & 204. & n. 265.
- 286 In statutis correctoris an detur extensio de casu ad casum, & de persona ad personam.
- 292 Rubrica habenda pro lege, & quando, & n. 293.
- 314 De concursu duorum patrum, quorum unus ex secundogenito sit minor, alter ex tertio genito major.
- 315 De puncto an detur representatio inter collateralis, & n. 316.
- 322 De eadem representatione in feudo jure primogeniturae.
- 323 Respondetur Doctoribus in contrarium.
- 326 De agnitione saltem artificiali, & facta considerata per Capitulo Regni.
- 332 De propositione, quod femina praefertur masculo remotioni.
- 335 Referuntur Doctores Siculi excludentes prerogativam lineae ex Capitulis Regni, & n. 336.
- 350 Expenduntur Doctores Neapolitani.
- 351 Agitur de decisionibus eadum in pluribus casibus in d. Regni, & n. 352.
- 356 De exclusione mariti, & surdi seu alia imperfecti a successione feudi quomodo, & quando procedat.
- 359 Femine regulariter exclusae a successione feudorum.
- 360 Etiam si sint habitatae, intelligitur in subsidium.
- 361 Quid de jure Regni tam attenti Constitutionibus, quam Capitulis, & n. 362.

- 367 Per Capitula contempta est agnatio.
- 369 In paritate gradus agnatus praefertur cognato.
- 372 An jus commune feudorum sit receptum in Regno Siciliae, & n. 373.
- 379 De distinctione inter agnationem veram, & agnationem fictam.
- 384 Feuda habentia naturam agnatiivam, seu masculinam in prelatione, an cum naturam amittant, vel mutent, si transfervant ad feminam.
- 388 Femina est agnata licet nupta viro de aliena familia, & n. 389.
- 392 De masculo cognato, qui tamen sit etiam de familia.
- 394 Exclusio feminae influit in omnes ejus descendentes.
- 398 Facti series super diverso casu, & n. 399.
- 412 De fidei minus probanti testamenti, & n. 393.
- 415 Copia non facit fidem, & n. 394.
- 417 Quid ubi est transmissum antiquum, & n. 395.
- 436 An, & quando pluribus concurrentibus ad successionem impediatur remedium executionum leg. finalis.

ARTICULUS PRIMUS.

Quod omnia feuda vacantia ob mortem donnae Margaritae ab Austria, sunt ex pacto, & providentia Principis, & sic in forma pactionata, quam Siculi frigidam vocant: habentque annexam clausulam jurisfrancorum, hoc est, qualitate primogeniturae.

Licet in allegationibus impressis, quae ad informationem, Nobis ex parte Raudae Comitissae traditae sunt, verbum nullum circa feudorum formas reperitur: in voce tamen, non semel, sed pluries in eas est oppositum, non habere clausulam Jurisfrancorum, hancque praecipue deficere in privilegiis, & concessionibus Castri, & Terrae Buterae (cui titulus Principis, cum dignitate Magnatis Hispaniarum annexus est) Licodiae, Occhiole, Laci Leontinorum, feudorum Turris Falconare, Belmontis, Radalli, & aliorum provenientium praedicti Comitissae Advocati, ad idque comprobandum nonnullae sunt praesentatae scripturae; quare ut nullus remaneat scrupulus, de omnibus feudorum formulis in praesent Articulo differere, contrariis impugnationibus dirutis, contentaneum Nobis visum est.

Quod attinet ad praedicta feuda Buterae, & reliqua, per lineam, & descendendam de Santapau provenientia, in qua Adversariorum tela dirigitur: pro comperto habuimus, non solum habere annexam clausulam Jurisfrancorum, verum etiam in multis ex eis erectam, & inflantam fuisse primogenituram in favorem masculinorum, & deinde de feminarum, ex primo acquirente descendenti, quod quomodo plurimis rationibus, & mediis comprobabimus.

Dicta feuda Buterae, Licodiae, Occhiole, (quae permixta sunt per Terram Bideni primo acquiritam) Turris de Falconare, dell'Alia, Marinei, & alia existentia in Territoriis Buterae, Licodiae, & Bideni, fuerunt concessa per Inclitum Regem Martinum, Calcerandam Adamar de Santapau, ob ingentia fidei illius Majestati praestita, tam ad dicto Calcerando, quam ab Ugone patre, & Ugonetto fratre, ut apparet ex Regia concessionem, & Privilegio de anno 1399, a nobis recognito, & in processu exhibito, qui quidem Calcerandus dicta feuda, & Terras donavit Raimundo filio secundogenito, & illius filii legitimeque descendenti masculis, ac deinde feminis, servato ordine generitatis, ac primogeniturae in perpetuum, & denique per suum ultimum elogium consecutum in Castro Buterae, per acta Notarii Stephani de Campoclaro Calatagronensis, die 29. Septembris, Ind. 2. anno 1438. eandem donationem ratam habens, instituit dictum Raimundum suum particularem haereditem in praesentis feudis, & Terris, ut succederent tum ipse, tum ejus filii, & descendentes masculi, ac postea feminae, servato semper ordine generitatis, cum perpetua prohibitione alienationis, & hoc adjecto gravamine feminis, & earum descendens, quod deberent assumere cognomen, & arma de Santapau sub poena privationis.

Ellicet ex parte Comitissae Raudae fuerit oppositum, tum praedictum Calcerandum non fuisse primum dictorum feudorum acquirentem, sed Ugonetto fratrem, cui idem Inclitus Rex Martinus praedictas Terras suo Privilegio donavit, & concessit in anno 1393. ob selloniam, & delictum commissum a Manfredi de Alagona antiquiorem feudatario.

rium, & concessionem factam fuisse dicto Ugonetto pro se, & filiis, & haereditibus utriusque sexus, de jure corpore legitime descendens, ac pro consequens in forma mixta, hoc est pactionata, & haereditaria: proptereaque non potuisse hanc concessionem, & formam mutare, & restringere praedictum Calcerandum erigendo primogenituram; tum etiam praedictum testamentum Calcerandi non esse solemne, nec de ejus apertura constare, adhaecque clausulam reperiri penes Notarium conservatorem actorum dicti Stephani de Campoclaro, & denique non esse in forma probanti.

Levissimam tamen hanc oppositionem habuimus; Primò quia, tametsi Calcerandus fuerit Ugonetti frater in dictis feudis successor, adhuc cum ipse non fuisset in Privilegio comprehensus, uti collateralis Ugonetti praedicti, voluit sibi consulere, novam impetrando gratiam a Domino Rege ut plenius, & securius dictas Terras haberet, & possidere posset, quod consequutus est ab eodem Inclitus Rege Martino, per Privilegium ab eo concessum dicto anno 1399. in quo non solum confirmavit anteriores concessionem factas Ugoni patri in anno 1392. & Ugonetto fratri in anno 1393. verum etiam novam, & libi ampliori, & diversa forma concessionem, & gratiam eidem Sua Regia Majestatis contulit, ut ex verbis Regii diplomatistae dicto anno 1399. expediti, aperitissime deprehenditur, ibi, *Ex uberiori gratia, dicto nobili Calcerando, siquidem haereditibus, de suo corpore legitime descendens, in perpetuum, terram Buterae praedictam cum eius Castro, Terram Licodiae cum eius Castro, & aliis juribus & pertinentiis eorum universis, nec non omnia, & singularia tam feudalia, quam Burgensia, existentia in dictis Terris Buterae, Licodiae, & Territoriis earundem, quae fuerunt quorundam rebelium, & proditorum, & alibi ubicumque, quae scilicet habuerunt, & possederunt sub eisdem modo, & forma, ac servitiis, retentionibus, & conditionibus, sub quibus eadem servitiis, & concessa extiterunt, ex liberalitate mera, & speciali gratia, ac de certa nostra scientia, de novo gratiose concedimus, & donamus.*

Ex quibus verbis, ibi, *de novo gratiose concedimus, & donamus*, quae saepius repetuntur in dicto Privilegio, vocando dictam gratiam, donationem novam, clarissime perspicitur dictum Calcerandum novam, & sub ampliori, & diversa forma a Domino Rege obtinuisse concessionem; quo casu de novo feudo factam concessionem communiter Doctores affirmant, ita licet in cap. 1. n. 3. *vers. quod si dicimus, de vassall. decrepit. atar. Surd. conf. 440. n. 42. Butar. conf. 219. n. 4. vol. 2. Raudens. de analog. cap. 34. n. 56. & conf. 1. n. 117. vol. 1. Rota apud Verallium dec. 16. n. 17. Afflic. dec. 112. n. 5. & 6.* ubi quod quando adest nova forma, videtur feudum in manu Regis inventissimum refutatum, & deinde Regem ipsum de eo investisse feudatarium Ofsch. *decif. 23. n. 21. 24. & seqq. Petr. de Greg. de concess. feud. part. 3. qu. 7. n. 10. & part. 5. quafi. 2. n. 2. & 4.* ubi in fine ait, quod in dubio ex istis verbis, *de novo concedimus*, intelligitur de feudo novo facta concessio, etiam quod adesset alia verba contraria, quia ultima prioribus derogant, quod comprobatur n. 5. optime Maltrini. *post alios decif. 56. n. 18. part. 1. & in terminis confirmationis in forma speciali, quod sit nova concessio, prosequitur multa Don Joann. de Castill. lib. 5. contrav. c. 89. ex par. 3. qu. 5.*

Unde evincitur, quod cum Calcerandus dictorum feudorum novus fuerit acquiritor, potuit ut talis formam mutare, aut restringere, substitutiones facere, & gravamina imponere: ex receptissima in hoc Regno sententia, saepissime in his Tribunalibus canonizata, de qua Petr. de Gregor. *de concess. feud. part. 2. qu. 10. n. 45. & par. 3. qu. 5. num. 8. & qu. 6. num. 11. & qu. 7. n. 53. ubi refert Perr. dicentem ridiculam esse opinionem contrariam, Cannel. in cap. volentes, fol. 134. & seqq. & num. 91. 104. & 106. ubi quod haec questio solita est in Regno, quod reperit in §. 4. n. 42. 44. 53. 62. 70. 75. & seqq. & §. 22. & §. 46. ubi alios ex nostris Siculis laudat idem tenentes, cum in *Si aliquem, verb. antiquis, num. 170. & seqq. & num. 143. Bongior. in causa Speccafurni, lib. 1. feud. Intigi. de feud. cent. 1. quafi. 51. n. 271. & cent. 2. art. 7. n. 29. & 30. & melius dec. 16. n. 9. Milan. qui de magis recepta testatur decif. 8. num. 49. 50. & 223. part. 1. Don Franc. de Castill. dec. 64. n. 28. & infinitis relatis, Giurb. decif. 108. num. 17. & seqq. ubi juribus, & rationibus comprobatur.**

Deinde, si primam concessionem inspicimus, praedictum Ugonetto factam in anno 1393. certum est, aut esse in forma larga, hoc est, haereditaria, aut in forma mixta, & rationibus comprobatur.

scilicet, pactonata, & hereditaria simul: si hereditaria est, ut probari videtur ex verbis Privilegii (licet in executionis postea, & interjecta) ibi, *ad faciendum inde vestre libertat voluntatis*, quæ æquipollent verbis, & quibus *dererint*, per quæ conceditur libera alienandi facultas, ut per DD. in cap. 1. de feud. non habent. prop. natur. feudor. Laderch. conf. 1. sub n. 4. & per tot. Olafch. dec. 164. n. 3. vers. sed si fuerint in medio. Font. de pact. claus. 4. glof. 21. part. 2. n. 64. Castill. Sotoma. tom. 4. controvers. c. 48. n. 18. Rot. apud Farinac. in posthum. decif. 322. p. 1. & dec. 286. p. 1. rec. & decif. 295. part. 2. in eisdem Petr. de Greg. de concess. feud. part. 6. quest. 4. ubi Mastrill. Canner. in d. c. volentes, vers. sed magna fuit olim, n. 73. 74. & segg. fol. 61. Castill. Sicul. dec. 206. sub n. 83. part. 3. & in n. 64. Regens de Tapp. decif. 2. n. 266. & 336. indubium est, potuisse formam mutare, aut restringere prædictorum Calcerandum, etiam quod non fuisset primus acquiritor; quia si licuit eidem alienare feuda, melius potuit formam restringere in favorem suorum descendendum, ut probavit Frecc. de subfeud. 3. part. quest. 1. & 2. n. 42. & ex nostris Petr. de Greg. de concess. feud. part. 2. qu. 10. n. 45. & part. 3. qu. 6. n. 12. & 13. Cum in cap. Si aliquem, verb. antiquis, n. 170. Canner. & alii quos sequitur Intriglioli. d. cent. 1. qu. 51. n. 271. & 272. Muta in cap. Reg. Alphonsi. c. 456. n. 37. tom. 5. Milanens. d. dec. 8. num. 17. Mastrill. dec. 56. n. 25. vers. præterea, lib. 1.

9 Si verò in forma mixta facta prima concessio, quod probabilis iudicamus, non ideo excluditur Calcerandus à facultate restringendi formam, dato, & non concessio, quod non fuerit primus dictorum feudorum acquiritor; imò in his terminis verissimum, & receptissimum est potuisse dictam formam restringere, influendo primogenituram in favorem descendendum, ut considerant Menoch. conf. 104. n. 8. & conf. 156. n. 65. & conf. 161. n. 5. lib. 2. Mastrill. d. decif. 56. n. 26. & 27. assignantes rationem, quia quando feudum sub prædicta forma concessum est, non possunt filii querelam proponere eo quod à Patre sint exclusi, cum non possint succedere in feudo, nisi ab eo sint heredes instituti, & pater liberandi possit postergare, hoc est, eligere secundo, vel tertiumgenitum, omisso primogenito, dummodo non eligat remotiorem, quod Cravet. conf. 256. n. 3. lib. 2. dicit esse valde favorabile descendentibus, & concludunt tradita à DD. supra relatis num. 7. in terminis Petr. de Gregor. de concess. feud. part. 4. quest. 1. n. 21. Milanens. d. decif. 8. num. 99. usque ad 111.

10 Secundo, quod ad testamentum attinet Calcerandi, vanissimum habuimus adverte partis objectionem, fundatam in prædicta fide Notarii conservatoris actorum dicti Stephani de Campoclaro: quia prædicta fides non concludit inexistentiã dicti Testamenti originalis in actis eiusdem Notarii, nec aperit an clausum, & sigillatum, an verò apertum, & publicatum existat, ut ex lectura præfate fidei dignosci potest.

11 Illud autem extra omnem controversiam, est præfatum Testamentum exhibitum, & præsentatum fuisse in causa possessoria Status, & Marchionatus dictæ Terræ Licodiæ, inter dictam Donnã Margaritam ex una, & Donnã Joannã, & Don Fabricium Franciscum Ruffum Principes Scillæ ex altera, ubi testium multorum depositionibus, in alio Processu productis, ab eodemque extractis, apparuit solemniter apertum fuisse, in qua causa etiam fuerunt præsentate quædam literæ antiquissimæ abistius M. R. C. Judicibus expeditæ, qui prædictum Testamentum vidisset, & recognovisset, esseque omni solemnitate de iure necessaria confectum, & abique ullo vicio, asseruerunt, & ut tale exequi, & observari mandarunt: ac etiam in eadem causa exhibita fuerunt diversa exempla extracta ex Archivis Iuris tuæ M. R. C. & aliorum Tribunalium, in quibus dictæ Donnæ Margaritæ Antecessores, præcipue Principes Don Ambrosius, & Don Franciscus illud præsentarunt ad probandum fideicommissum, & prohibitionem alienationis dictorum feudorum: ob idque non solum in prædicta causa possessoria, sed etiam in rei vindicatoria dicti Marchionatus dictum Testamentum, ut verum, solemne, & authenticum habitum fuit, & secundum eum pronunciatum fuit, & iterum in hac M. R. C. & Consistorio in prædicta causa reivindicatoria Status Licodiæ ad favorem Donnæ Margaritæ, ut totum constat ex iustificationibus in dicta causa factis fol. mibi 37. verè vanissimam habuimus, ex quo cessat questio, utrum de apertura Testamenti constet vel non, ad text. in leg. si in duobus 10. §. 1. ibi, non enim quæremus a quo aperiantur, si quemadmodum testam. aper. ubi notant gl. Bart. & reliqui antiquiores.

Ex quo sequitur prædictum testamentum fuisse, tum temporis antiquitate, ex cursu plusquam ducentorum annorum ab ejus concessione, ex cunctis tamen temporis lapsu presumitur omnem necessariam solemnitatem intercessisse, taliter quod nihil contrarium posset opponi, ut docent Cravet. de antiquit. tempor. 1. part. §. videmus. num. 18. & 22. Covart. prati. c. 21. n. 6. vers. 3. Alexan. conf. 101. num. 9. lib. 7. Aredin. conf. 36. n. 6. & conf. 168. sub n. 2. plures referens Mascard. concl. 711. num. 81. & 82. Joan. Baptistã Afinius in praxi 57. cap. 5. limit. 96. n. 9. nunciam obsecrantia antecedente multis actibus comprobata, quæ magnam dicto Testamento tribuit auctoritatem, & legalitatem, Gratian. de scept. forens. tom. 3. cap. 486. ex n. 6. Cravet. conf. 101. n. 4. lib. 1. Velasch. consil. 132. n. 16. Farinacc. decif. 467. p. 2. recent. & decif. 31. num. 3. part. 2. in posthum. Paz. de Tenuta 1. tom. cap. 26. n. 17. & omnem purgat falsitatis suspensionem, Cravet. conf. 158. Joseph Ludovic. concl. 38. colom. 3. vers. inseratur 6. Decius conf. 445. num. 18. l. 2. Foller. in praxi criminali, vers. Item quod commisit falsum. n. 37. Menoch. lib. 1. præsumpt. 20. num. 56. & conf. 409. n. 37. cum aliis quamplurimis, quos consulto omittimus: referunt addentes Molin. lib. 2. cap. 6. num. 57. & 60.

Uterius extante prædicti testamenti indubia fide, & auctoritate, quando dubium aliquod occurreret circa facultatem disponendi in eo contenta, quæ dicto Calcerando negari prætenditur, præsentis summariissimi Judicii hanc discussionem non esse arbitramur, in eo enim is debet obtinere qui in testamento solemni in nulla sui parte suspecto se institutum, & vocatum ostendit, l. fin. C. de editio. Divi Adrian. roll. & in terminis nostris Statuti cap. nempti 43. Inclyti Regis Ferdinandi, continuans possessionem in hereditario scriptum, vel ab intestato, latè Anton. Amat. lib. 1. var. resolut. 39. per totam, præcipue n. 87. qui multos refert. Ille verò qui literam testamenti habet contrariam, & contendit testatorem non ita potuisse disponere, ut disposuit, non debet in prædicto iudicio audiri, l. ille à quo, §. si de testamento sff. ad S. C. Trebell. ibi, Nam & maxime dicitur, vel suis resandis non habuisse, eum qui testatus est, vel de viribus testamenti, vel de sua conditione, non est audiendus, l. unica, C. stab. testam. nulla extab. ibi heredes cuius nomen inconfulto deletum est ut legi non possit, dari honorum possessio potest, quia ex conjectura non proprie scriptus videatur, &c.

Quare hæc exceptio, dato quod formaliter fuisset opposita, esset in plenarium iudicium referenda, ut requirunt alioquin indaginem, l. 3. §. ibid. ff. ad exhibendum, ibi, Si obscurior, vel que habeat altorem indaginem, differenda in directum iudicium, l. fin. ff. de compen. ibi, Sed iure stricto mentes si invenerint eas maiorem, & ampliore expostione indaginem, eas quidem alii iudicio referunt. Latè in terminis, Don Christophorus de Paz. de tenuta cap. 38. per tot. Don Joann. Baptistã de la Rea. decif. Granat. 40. n. 16. ad fin. tom. 1. Molin. de Hsp. primog. lib. 4. c. 9. n. 40. ubi ad dentes infinitos laudant.

Quibus accedit, quod Racudis Comes nullam ex hac oppositione utilitatem consequitur, ille enim descendit Raymundo Calcerandi filio secundogenito, cuius, & suorum descendendum filio, & beneficio prædicta primogenitura fuit instituta, neminem excludendo, sed solum præferendo masculos feminis iuxta dispositionem juris communis feudorum, & Capitulum Regni, quod si factum non fuisset, remaneret prædicta feuda in linea, & de descendencia Ugonetti filii primogeniti dicti Calcerandi, qui fuit in prædicto testamento heres institutus in bonis, quæ ipse Pater habebat in Principatu Catalonia, cuius descendentes nunc extant, inter quos fuisset continuata successio: ac ideo impugnat quod in ipsius Comitum favorem factum est, & cuius nullam potest proponere querelam, iuxta tradita à Mastrill. d. decif. 56. num. 26. & 27. cum aliis supra, n. 9. relatis.

Quod verò attinet ad feudum Belmontis, & Baroniam Radali, certum est etiam habere clausulam iuristrancorum, & in eis succedendum esse per viam primogenituræ, quia dicti feudi Belmontis novus, & primus acquiritor fuit Princeps D. Ambrosius tunc imperator, & iudicialis adjudicationis pro pretio unciarum 1190. pro quibus fuerat cautio executio in hac M. R. C. & interpositum super dictum feudum primum decretum ad instantiam Don Antonii Gravi-na contra Carolum Romanum episcopus feudi possessorem, Baroniam autem Radali acquirivit Princeps Don Franciscus ejus frater, & ab intestato successor. Is enim cum dictus Princeps Don Ambrosius emisit jus luendi dictam Baroniam,

nam, quam Joseph de Modica ejus possessor vendiderat Hieronymo Bonnacolto cum facultate redimendi, prædicta utens facultate post mortem dicti Don Ambrosii suis peniculis redimite à posse dicti de Bonnacolto in anno 1565. ut ex scripturis à nobis visis apparet.

Cum autem dictus Princeps Don Franciscus frater ab intestato successerit in dicto feudo Belmontis noviter adquisito, & dictæ Baronie Radali redemptor, ac refusus acquireret, nullos haberet descendentes legitimos, refutavit dictum Principatum Buteræ, feuda, & Baronias prædictas Donnæ Dorotheæ Barresi, & Santapau ipsius nepti ex sorore Donnæ Antonia, & communi proavia, suisque filiis, & descendentibus in perpetuum cum clausula iuristrancorum, gravamine cognominis, & armorum de Santapau sub poena privationis, & perpetuæ alienationis prohibitione, ut constat ex scriptura refutationis anno 1581. quam vidimus, & est in processu, fuisseque in causa rei vindicatoria Licodiæ exhibitæ, & qualificatæ.

Et quod dictus Princeps Don Franciscus potuisset in d. 18 refutatione clausulam iuristrancorum apponere, substitutiones facere, & gravamina impingere successibus in dicto feudo, & Baronie, certo certius æstimavimus: eo quod fuisset novus, & primus acquiritor, & frater successor, ex superius num. 7. adductis, & inferius adducendis, quod nec pars adventus contradicere alicui est.

Deveniamus jam ad Status, & feuda, provenientia ex domo, & Familia de Barisum, in quorum concessione, & acquisitione, clarissimum est, adesse clausulam iuristrancorum: ut ex Privilegiis, & Regis confirmationibus dignoscitur.

19 Terra, & Castrum Petrapretie, nunc Principatus titulo decoratum, fuit concessum per Inclytum Regem Federicum in anno 1330. Abbo Barresi, pro se, & hæredibus de suo corpore legitime descendentibus, in perpetuum cum clausula iuristrancorum: ut apparet per Regium diploma, exhibitum, & à nobis recognitum.

20 Terra Barrafra, nunc in Marchionatum erecta, quæ primò fuit nuncupata Baronia Convincti, empa fuit per d. Abbum Barresi à D. Rege Petro secundo, cujus venditio postea in anno 1438. fuit confirmata per dicto Abbo, fuisse hæredibus de suo corpore legitime descendentibus, in perpetuum, & cum clausula iuristrancorum: constat ex Privilegio edito in processu.

21 Feudum, & Baronia Fontanæ Moratæ, primò fuit concessa per Inclytum Regem Martinum in anno 1398. Francisco Guerra de Veintemilla, pro se, & hæredibus de suo corpore legitime descendentibus, in perpetuum, & cum clausula iuristrancorum: in qua Baronia successit Donna Catharina de Veintemilla, & Barresi uxori legitima Antonii Barresi Baronis Petrapretie, quibus successit Antonius filius legitimus, & demum Mattheus, qui in anno 1479. accepit investituram dicti feudi cum clausula iuristrancorum: à quo tempore usque in præsens, semper successores in dicto feudo investiti sunt cum dicta clausula iuristrancorum: ita apparet ex Privilegio, & investituris exhibitis.

22 Centum, & viginti unciæ redditus super Universitate Calatagnonis, fuerunt donatæ per Inclytum Regem Martinum. Ugonetto de Santapau fratri Calcerandi in ann. 1392. & concessio fuit in forma hereditaria, ob idque alienata fuerunt, & in eis successit Joannes Antonius Barresi Baro Petrapretie, qui in anno 1479. Regiam obtinuit confirmationem dictorum reddituum, pro se, & hæredibus de suo corpore legitime descendentibus, in perpetuum, & cum clausula iuristrancorum, à quo tempore omnes successores usque ad Donnã Margaritam investituram acceperunt cum dicta clausula iuristrancorum: apparet ex Privilegio confirmationis, & investituris sublequentibus.

23 Denique ex eodem cognomine de Barresi, licet ex diversis lineis, provenit Terra, & Marchionatus Militelli, de cuius concessione, & sub qua forma, non liquido apparet: solum tamen deprehenditur ex nonnullis scripturis in processu exhibitis, quod dicta Terra concessa fuit per Inclytum Regem Martinum, primo loco Blasco Barresi, & deinde Antonello ejus filio pro se, & hæredibus de suo corpore legitime descendentibus: & hoc in anno 1393.

24 In dicta terra successit Blascus, Antonelli filius primogenitus, & ab eodem fuit ad Don Vincentium Barresi, qui obiit anno 1557. semper fuit derivata successio de primogenito in primogenitum masculum, ex directâ linea dictorum Blasci, & Antonelli, & investituræ capte fuerunt, probata morte ultimi possessoris, & primogenitura successoris, juxta tenore

rem suorum Privilegiorum, nullo alio expresso: ut patet ex investituris præsentatis.

Dictus D. Vincentius Barresi decessit prædicto anno 1567. nullis relictis descendentibus, & per iure solemne testamento instituit heredem particularem in dicta Terra, & Marchionatu Militelli, Donnã Catharinã Barresi sororem primogenitam, filiam legitimam Don Caroli Barresi communis patris, quæ virtute dictæ institutionis cepit pacificam possessionem dicti Status, & in eam fuit immixta vigore literarum tui tunc temporis Vicarii, & Promissi per hoc Tribunal M. R. C. expeditarum, & cuidam Judici delegato ad earum executionem commissarum, qui servatis servandis, & adhibita causæ cognitione super traditione possessionis, dictam Donnã Catharinã immisit nemine contradicente: ut constat ex actis possessionis in processu exhibitæ.

Dicta Donna Catharina jam Marchionissa Militelli, matrimonium contraxit cum præfato Buteræ Principe Don Fabricio, & in Tabulis nuptialibus inter eisdem iuris anno 1570. conventum fuit, quod in dicto Statu, & Marchionatu, succederent filii ex illo matrimonio, & eorum filii, & descendentes in infinitum, cum clausula iuristrancorum per semper servanda, à quo nullo modo videretur recessum; & quod in defectu filiorum, & descendendum dicti matrimonii, & prædictæ Donnæ Catharinæ, succedere deberent Donna Eleonora, & Donna Beatrix ipsius sorores, una post alteram, & earum filii, & descendentes in perpetuum, servata semper forma iuristrancorum, cum prohibitione alienationis, & gravamine cognominis, & armorum de Barresi: ut constat ex dicto contractu matrimoniali exhibitio, & à nobis recognito.

Donna Catharinæ successit D. Franciscus filius primogenitus ex dicto matrimonio, & D. Franciscus Donna Margaritæ ejus unica, & legitima filia ultima posseditrix, quæ, & ejus pater acceperunt investituram cum clausula iuristrancorum. Et hic est ultimus Status successione dicti Marchionatus: de quo amplius in quinto Articulo.

Hucusque probavimus Status, & feuda, de quibus est contentio, habere annexam clausulam iuristrancorum, in eisque succedendum esse per viam primogenituræ, vel ex dispositione primorum acquirentium, vel ex pacto, & providentia Principum concedentium; nam quod clausula iuristrancorum idem operetur, ac si dictum sit, succedat semper primogenitus, in confesso est, & nullus contradicit ex Regnicolis nostris, ut videre est apud Ludovic. Molin. lib. 1. de primog. cap. 7. n. 4. Petr. de Greg. de concess. feud. part. 2. qu. 8. n. 8. cum segg. & alibi passim, Marius Cutelli decif. 20. n. 24. Giurb. de success. feud. §. 1. glof. 8. n. 3. 5. vers. duodecimo. Qui alios quamplures refert, & infra laudabimus.

Sed sunt aliaæ concludentissimæ rationes, quæ idem persuadent, etiam quod prædicta clausula deficeret: supposito tamen, quod sunt feuda ex pacto, & providentia gentilitia, & familiaria: ut ex sequentibus apparebit.

Primò, quia major pars dictorum Statuum, sunt magna Baronia, cum amplissima jurisdictione, merito, ac mixto Imperio, & Principatus, ac Marchionatus titulis decoratæ, sicutæ uti feuda dignitatis habent ex natura sua, & juris dispositione institam clausulam iuristrancorum, & perpetuum primogenituram: ut probant Molina lib. 1. de primog. cap. 11. n. 24. & 25. Pater Molina de majorat. disp. 581. num. 1. Menoch. conf. 504. n. 9. & 10. Castellan. disp. 57. à num. 66. Ramon. conf. 100. n. 304. & 305. & concessio loco cum titulo dignitatis, intelligitur concessio facta cum iure primogenituræ, Molina ubi proximè n. 25. vers. in secunda specie, Menoch. conf. 401. n. 18. & 19. & quando feudum est sui natura dividuum, quod per talem concessionem dignitatis indivisibile efficiatur, docent Sacca conf. 50. n. 46. & 47. Mastrill. de Magistrat. lib. 4. cap. 12. à n. 24. Parlador. in sexquicent. disp. §. 1. num. 5. & in terminis est text. in cap. Imperiale, §. præterea ducatus, de prohibita feud. alienat. per Feder. ubi licet. Afflicti. & ceteri repetentes, Freccia de subfeud. lib. 2. tit. de differenti. inter feud. Reg. disp. 1. num. 1. Petr. de Greg. de concess. feud. p. 8. qu. 16. n. 14. & p. 3. quest. 8. n. 3. Blasc. Lancea inter conf. Luna. conf. 1. n. 59. & 93. Mastrill. decif. 172. num. 34. Giurb. de feud. §. 2. glof. 3. num. 58. & 81. num. 17.

Secundò, quia si communem Regni Doctorum acceptationem sequamur, de cuius veritate in tertio Articulo differemus, omnes Status, & Baronie provenientes ex linea de Santapau in Principem Don Franciscum, ob mortem ab intestato dicti Principis Don Ambrosii ejus fratris, remanerunt informatæ cum clausula iuristrancorum sub quacumque